



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118871**

§. 19. Gastonis matrimonium cum Margaretha Lotharingia a Clero  
Gallicano & Parisiensi Senatu irritatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67394)

Sæc. XVII. quo damnarentur illi, quos non au-  
A.C. 1631. ditos Senatus damnare recusabat.

## §. XIX.

*Gastonis matrimonium cum Marg-  
retha Lotharingia a Clero Gal-  
licano & Parisiensi Senatu  
irritatum.*

*Hist. du Par-* Quamprimum Gasto Aurelianensis Du-  
tem. c. 51. *Nanceium venerat, Carolo Lotha-*  
*Calmet Hist.* ringiae Duci omne obsequium offerebat  
tom. 3. l. 34. utque arctiori amicitiae vinculo eum  
pag. 211. sibi obstrictum redderet, Margaretham  
illius Sororem sibi in uxorem tradi pe-  
tebat. Annuebat ipsamet Gastonis Ma-  
ter, hancque in rem Patri Chantelobio Oratorii Presbytero, qui Gastonem  
Parisios comitabatur, literas materni  
sui consensus testes submittebat, am-  
plam quoque dotem pollicita: cuncta  
tamen consilia dissipabat Richelius, qui  
nomine Regis, misso Guronio ex Ca-  
rolo Duce sciscitabatur, quorsum in-  
gens hic belli apparatus spectaret, &  
utrum Sororem suam Gastoni despon-  
fare intenderet? Carolo autem, quod  
arma contra Suecum pararet, rumor  
vero de nuptiis falsus esset, responde-  
nte, Guronius Regis nomine præcepit,  
ut Carolus confestim trans Rhenum re-  
diret.

diret, secus, ipsemet Rex cum valido Sæc. XVII. exercitu nuptiis interfuturus esset. In A.C. 1631. hac rerum vicissitudine Carolus copias suas in Cæfaris opem ducere statuit; Gasto autem, ne Regis fratris sui arma in Lotharingiam evocaret, inde in Belgium secessit: Nihilominus tamen Ludovicus Rex Vicum, & Medovicum urbes conspirante Carolo a Cæfareis præsidariis fuisse munitas indignatus, die decima Decembris valido exercitu stipatus, utraque urbe in dediticinem accepta, Metas contendit. Interim vero Gasto matrimonium suum perfere festinabat, hancque in rem Obazinum Abbatem Romam decernebat, qui connubii pacta summo Pontifici exponeret, legisque veniam impetraret. Urbano autem responsum differente Franciscus Lotharingius Cardinalis Tulensis Episcopus solemni futuri matrimonii promulgatione condonata, P. Albino Telliero, aliisque duabus Religiosis has nuptias solemni precatione conjungendi facultatem demandavit, prout & die decima tertia Januarii factum est. Die autem trigesima Maji Gasto datis literis Regem fratre suum de contracto matrimonio certiorem reddidit, cui etiam Rex respondit, suamque epistolam typis edi jussit. Porro hoc connubium ingenti

Ee 4

fol.

Sæc. XVII. follicitudine perculerat Richelii Cardi-  
A. C. 1631. nalis animum; Reginam enim Matrem  
eius Filium, neconon Lotharingiae Du-  
cem sibi adversaturos præsenserat; quo-  
circa nil intentatum reliquit, ut has  
nuptias omnino irritas declarari, i  
Clero, Senatuque impetraret: Hanc  
in rem Rex Metensi Senatui in ma-  
datis dedit, ut de hoc matrimonio,  
quod *raptum* appellitabat, juxta legum  
severitatem cognosceret, pariterque  
Clero Gallicano in Parisiensibus comi-  
tiis congregato discutiendum commis-  
trum Princeps Regni hæres sine  
Regis consensu connubium validi-  
inire possit? Igitur Præfules, So-  
bonæ Doctorum, FF. Prædicatorum,  
Augustinianorum, Carmelitarum, Fran-  
ciscanorum, Jesuitarum, Patrum Or-  
torii, Carmelitarum Discalceatorum,  
Capuccinorum, Minimorum, aliorum-  
que Theologorum sententias rogabant  
ac tandem discussis Regni legibus,  
Doctorum sententiis declarabant, quod  
Regni consuetudo, vi cuius Regiæ fin-  
pis Principes, Rege non consentiente,  
aut omnino invito & prohibente, vali-  
de contrahere non valerent, sit ratione  
confusa, per legitimam & diuturnam  
præscriptionem, neconon Ecclesiæ au-  
toritatem firmata: Econtrario autem  
Lovanienses Doctores Gastonis con-  
nubium

nubium omnino validum esse decide- Sæc. XVII.  
bant, eoquod a Principe viduo, & A.C. 1631.  
viginti quinque annos nato, qui sui juris  
erat, consentiente ipsa Sponsa & Spon-  
fæ Patre in Patris domo servatis ser-  
vandis contractum esset, aliunde Ma-  
trimonium prout est *Sacramentum*, hu-  
mano judicio non sit subjectum, & tan-  
quam *contraactus civilis* omnium Natio-  
num legibus firmetur: proin si ut irri-  
tum declareretur, exin funestissimum  
bellum civile oriri posset, eoquod si ex  
hoc Gastonis connubio Filius nascere-  
tur, hic ab omnibus Europæ Nationi-  
bus, summoque Pontifice, imo a Gal-  
lorum non paucis, Ludovico sine pro-  
le defuncto, tanquam legitimus hæres,  
a Gallis vero quibusdam pro spurio ha-  
beretur: Nihilominus Clerus Gallica-  
nus die septima Julii in suis comitiis  
legem promulgabat, qua inhibitum, ne  
Regni hæredes sine Regio consensu ma-  
trimonia inirent. Decernebatur quo-  
que Roman Montpeffulanus Episcopus,  
qui hanc Cleri decisionem a summo  
Pontifice ratam haberi impetraret: Ve-  
rum Papa politicam legem ad Ecclesia-  
sticam evehere recusans, Gastonis ma-  
trimonium omnino validum declarabat,  
reclamante Parisieni Senatu. Nihilo-  
minus Gasto cum Sponsa sua in Bel-  
gium profectus, ibidem in Ecclesia Ca-  
Ee 5                    thedra-

Sæc. XVII.  
A.C. 1631.

thedrali Mechliniensi matrimonium suum publica solemnitate ratum habuit; inde vero in Occidaniam reversus contra Fratrem suum copias contraxerat, prælio autem devictus, & a suis per derelictus duris conditionibus venian impetravit, tandem vero ipsem Re progressu temporis Fratris sui communium consensu suo firmavit.

§. XX.

*Bernabitæ Collegium scholasque aprire a Parisina Universitate prohibiti.*

*Argentre  
Concl. Fa-  
cult. Parif.  
t. 2. p. 318.*

Jam ante aliquot annos Cleri Regule res ex Congregatione sancti Pauli qui vulgo Bernabitæ dicuntur, in sub urbio sancti Marcelli domum erexerant postquam vero Parisiensis Archiepiscopus eisdem insuper Ecclesiam S. Eligii unacum annexis ædibus concesserat Universitas Parisiensis, ne Scholam perirent, verita, unacum Parochi Parisinis regium Senatum conventus supplex, ut hi Regulares coram adesse jussi, novas has ædes retinere, ac Collegium erigere prohiberentur, simili que Presbyteris sæcularibus, ne prefatæ Ecclesiæ claves his Religiosis interderent, & cunctis opificibus interdictetur, ne ad Bernabitarum iussa quo-